

testatis plenitudine, vel alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, etiam si pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inferti forent, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 30. Volumus autem, quod eadem praesentes Literae affigi, & per aliquod temporis spatium dimitti debeant in Valvis Ecclesiae Majoris Leodien., ac Ecclesiarum Collegiarum Traiecten. ad Molam, & Tongren. Oppidorum, dimissaque deinde illarum copia, seu Transumpto per Notarium publicum collationato, concordato, & subscripto, affixa, seu affixo; quodque affixio sic facta habeat vim validam, & efficaciam apostolicam inhibitionis contra omnes, & quoscumque Collatores quoscumque qualitates, gradus, & conditionis existentes, etiam si Capitula, Conventus, & Monasteria tam Virorum, quam mulierum, Praelati, & quicumque alij Collatores sint quomodolibet qualificati, arctetque illos, & illa, ac afficiat, perinde ac si cuilibet Collatori, tam conjunctim, & collegialiter, ac conventualiter, quam divisim, & infolidum personaliter intimata, & notificata legitime fuissent.

§. 31. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum absolutio- nis, ordinationis, decretorum, abrogationis, sublationis, revocationis, immutationis, extinctionis, concessionis, declarationis, reservationis, annulationis, vel voluntatum, augmenti, confirmationis, approbationis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae 1616. Kalendis Decembris, Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Dat. die 17. Dec. 1616. An. XII.

Presertim publicatio facta, fidelique transumptis adhibenda.

Claufulae cauales.

Confirmatio nonnullarum Constitutionum, seu Ordinationum a Fratribus Eremitis Sancti Augustini Congregationis Siciliae, pro feliciore ejusdem gubernio editarum. Nec non approbatio Unionis ipsius Congregationis praedicto Ordini antea facta.

Horum Fratrum materiam vide in Constitut. Alexandr. IV. Licet. Tom. III. fol. 373.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Antonius de Castrojane, & Paulus de S. Philippo Eremita Congregationis Siciliae Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, quod aliis quondam Thadaeus Perusinus, tunc Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini huiusmodi Vicarius Generalis Apostolicus eandem Congregationem praedicto Ordini univit, & incorporavit, prout in patentibus literis dicti Thadaei, sub die 1. Aprilis Anni 1581. desuper expeditis, plenius dicitur contineri.

§. 2. Subinde vero Eremita praedicti prospero ejusdem Congregationis regimini, & felici statui consulere cupientes, infra scriptas ordinationes in praedicta Congregatione haecenus observatas, & quas de cetero observare intendunt, fecerunt, tenoris subsequens videlicet.

§. 3. Congregatio ipsa, & Fratres in illa professi, omnibus legibus, ordinationibus, & constitutionibus, quae in universo Ordine observantur, subiecti sint, & inviolabiliter observent.

§. 4. Quod Fratres Congregationis omnibus privilegiis, immunitatibus, indulgentiis, & gratiis tam spiritualibus, quam temporalibus Ordini Eremitarum S. Augustini concessis, & in posterum concedendis, fruantur, & potiantur, dummodo sint in usu, neque sacris Canonibus, aut Concilii Tridentini decretis repugnent.

§. 5. Quod possint nova loca recipere, & Conventus fundare tam in Regno Siciliae, quam per totam Italiam, servatis tamen decretis, & constitutionibus Apostolicis, & de licentia Prioris Generalis, & Ordinariorum locorum.

§. 6. Quod Congregatio gubernetur per Vicarium generalem, in Capitulo Congregationis ab eisdem Fratribus eligendum, qui nullius superioris Regularis jurisdictioni subiaceat, sed tantum Priori Generali sit immediate subiectus.

§. 7. Quod Vicarius electus habeat eandem auctoritatem, & jurisdictionem super totam Congregationem, quam habent singuli Provinciales in sua Provincia.

§. 8. Quod Vicarius generalis electus legitime, & canonice absque repulsa, a Priore Generali confirmari debeat, & Vicarius eligi semper debeat unus ex Congregatio-

De anno 1581. unita fuit Ordini Eremitarum S. Augustini Congregatio Siciliae ejusdem Ord. ab ejus Vicario Generali Apostolico.

Subinde d. Congreg. non nullas ordinationes pro feliciore gubernio edidit prout infra.

De his quo tenentur observare Fratres professi in d. Congregatione.

De privilegiis immunitatibus &c.

De receptione, ac fundatione veterum locorum.

De Vicario Gen. Congre.

De auctoritate, & jurisdictione Vic. Gener. super totam Cong.

De confirmatione Vicarii Generalis.

gatione, qui ejus vitae asperitatem profiteatur.

§. 9. Quod Prior Generalis, facultatem, quam habet Congregatio eligendi Vicarium, inviolatam conservet, neque in Capitulo generali aliquid innovetur, quod ad substantiam dictae facultatis eligendi pertineat, nisi prius consulta Sede Apostolica, ad quam Fratres, ubi se gravatos senserint, recursum habere poterunt.

§. 10. Quod horis, quibus vacant ab exercitiis spiritualibus, corporalibus exercitiis incumbant, intra tamen Monasterii septa, & prout decet viros Religiosos pro vitae sustentatione: Quae sunt arte elaborata, vendantur ab aliquo Converso, seu Laico, cui Prior injunxerit, & pretium in commune redigatur.

§. 11. Quod nullus Frater Congregationis possit ad alias Congregationes ejusdem Ordinis transire, sine licentia Prioris Generalis: & quod in Congregatione nullus Frater Ordinis recipiatur, qui eandem vitam asperitatem profiteri nolit, per Capitulum Conventus approbandus.

§. 12. Quod Prior Generalis pro tempore existens, Congregationem, & ejus Conventus per se, vel per aliam personam, visitare possit.

§. 13. Quod Fratres Congregationis praeter dies ad Ecclesia ordinatos, jejunent quarta, & sexta feria, exceptis diebus festis Paschatis, Pentecostes, & Nativitatis Domini, S. P. Augustini, & omnium Sanctorum.

§. 14. Quod si quis ob aliquam causam jejunare non poterit, a carnibus, ovis, & lactiniis abstineat, nisi si periori Conventus de consilio Medici aliter videatur.

§. 15. Quod loca Eremitoria, in quibus Fratres habitant, sint ad minus per unum milliarem distantia a Civitatibus, Oppidis, vel aliis locis habitatis.

§. 16. In vestibus tam intancis, quam extraneis servetur omnimoda uniformitas, ita tamen, ut semper fiant ex vilioribus, quae in locis, ubi fuerint Monasteria, reperiuntur, &c.

§. 17. Quod Prior Generalis, sive Visitator ab eo missus, praeter victum quotidianum, nihil ultra petere, vel recipere possit, exceptis tarenis duodecim, qui Priori Generali singulo quoque anno exhibentur pro sua collecta &c.

§. 18. Cum autem (sicut eadem expositio subjungebat) Eremita praedicti plurimum cupiant, tam unionem, quam ordinationes huiusmodi, pro majori eorum validitate, & subsistentia, apostolica confirmationis robore communiti: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut super praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

§. 19. Nos Eremitas praedictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis oc-

casione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio, Unionem, & Ordinationes huiusmodi, ita tamen ut Eremita praedicti nova loca extra Regnum Siciliae absque expressa Sedis Apostolicae licentia fundare, vel accipere nullatenus possint, apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabiliter Apostolicae firmitatis robur adiciamus.

§. 20. Ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 21. Decernentes, praesentes literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis praefatae Congregationis Eremitis, & aliis, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 22. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. M. Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 25. Januarii 1617. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

C C L X V I I.

Congregatio Fratrum Joannis Dei in Italia pridem instituta, & Hospitalia Germaniae, Galliae, & Poloniae in veram Religionem eriguntur sub tribus votis substantialibus, & quarto de juvenibus infirmis, sub Regula Sancti Augustini.

De Institutione, & toto statu horum Fratrum Joannis Dei vide Constit. CXCV. Pii V. Licet. Tom. IV. Part. III. fol. 190.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex circa sacrarum Religionum, & Congregationum, ac etiam Hospitalium, & aliorum piorum locorum salubrem directionem, & felicem progressum ex demandata sibi apostolica servitutis officio intentus, ea, quae desuper a Praedecessoribus suis facta comperit, partim approbat, & confirmat, partim vero aliis justis ita suadentibus causis alterat, & immutat, aliasque officii sui partes interponit, prout rerum, locorum, temporum, & per-

Regnum Siciliae absque expressa licentia recipiantur.

Difcusus super.

Clausulas praeservativas cum decreto irritanti superaddit.

Contraria tollit.

Dat. die 25. Januar. 1617. An. XII.

Exordium.

Qui unionem ac ordinationes praesentes prohibendo, quominus no va loca extra

Clem.VIII. primum Hospitalia Congregat. Italiae locorum ordinariis subiecit

personarum qualitate pensata conspicit salubriter in Domino expedire.

§. 1. Alias siquidem cum pridem Congregatio Joannis Dei in Urbe, ac diversis Italiae partibus Apostolica auctoritate recepta, & confirmata, cujus Confratres pauperes infirmos, graviterque laborantes hospitio suscipere, eisque inservire consueverunt, valde aucta esset, illique diversa privilegia, & indulta ab Apostolica Sede, Romanisque Pontificibus Prædecessoribus nostris, præsertim, quod per unum ex ipsis Confratribus Majorem nuncupatum Congregatio ipsa regeretur, quodque ab Ordinariis locorum exempti essent, atque illius Religionis professionem emittere, ac ad sacros Ordines promoveri possent, concessa fuissent; fel. record. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster accepto, quod ejusdem Congregationis Confratres a primavo suo Instituto paulatim recedebant, ac opus hospitalitatis eorum pauperum infirmorum, cui in primis incumbere tenebantur, intermitterebantur, & multi Confratrum literarum studiis intendebant, & sacris ordinibus initiari, ut a servitio Hospitalium excularentur, procurabant, per suas sub die 12. Februarii MDXCI. in simili forma Brevis expeditas literas statuit, & ordinavit, quod omnes, & singuli Confratres prædicti locorum Ordinariis subesse deberent, quodque ab Hospitalibus, in quibus professionem eatenus quilibet emisisset, nunquam amoveretur, nisi ob incorrigibilitatem, ac de Ordinariis, quibus dicta Hospitalia subessent, nec etiam transferrentur de uno Hospitali ad aliud, nisi pariter de Ordinariis licentia, ac tam Hospitalis, a quo, quam Ordinarii ad quem transferretur, ac de cætero votum tantum inservienti ipsis Hospitalibus sub prædicta Ordinarii obedientia emitterent: Subinde vero cum experientia compertum fuisset, Congregationis prædictæ hospitalia, & loca pia in Italia existentia sic ad invicem separata, & alicujus communis Superioris, qui ea, eorumque Confratres ad primævi Instituti observantiam restitueret, & eisdem in ipsa conservaret regimine destituta gravia incommoda, & damna passa fuisse, & in dies pati, itaut nisi de aliqua regiminis forma eis provideretur, facile evenire posset, ut Congregatio ipsa in totum extingueretur, & corrueret; dictus Clemens Prædecessor per alias similes suas sub die 9. Septembris MDXCVI. expeditas literas, eidem Congregationi Joannis Dei, ut singulis ejus Hospitalibus, & locis in Italia jam receptis, & in futurum recipiendis, eorumque Confratribus, & personis tunc, & pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, gratiis, facultatibus, indultis, & indulgentiis a fel. record. Pio V., Gregorio XIII., & Sixto V. aliisque Romanis Pontificibus Congregationis Hospitalibus, & locis Hispaniarum, ac Hospitali Sancti Joannis Calabæ in Insula Sancti Bartholomæi de Urbe ejusdem Congregationis Joannis Dei in genere, vel in specie concessis, & confirmatis, citra,

Deinde ad reparandam regularem disciplinam;

Privilegia Congregationis Hispaniæ eidem concessa.

tamen facultatem professionem emittendi, & sacros ordines suscipiendi, & citra exemptionem a jurisdictione Ordinariorum locorum, quibus eos omnino subesse voluit, perpetuo uti, frui, potiri, & gaudere in omnibus, & per omnia possent, & valerent, perinde ac si ipsis nominatim, & æque principaliter concessa fuissent, ita tamen, ut Confratres in quocumque Italiae loco jam recepti statim, & deinceps, recipiendi in Congregatione prædicta debito tempore votum inserviendi eorum hospitalibus sub Ordinarii loci obedientia in manibus ejusdem Ordinarii, aut Majoris Confratris emittere, ac hospitalitatem pro iis infirmis, quos recipere, & curare consueverant, quatenus fieri potuisset, exercere tenerentur; utque unus Confrater in Majorem ab omnibus Prioribus quorumcumque Hospitalium, & locorum dictæ Congregationis in Italia existentium Romæ in Hospitali Sancti Joannis Calabæ prædicto per secreta suffragia majoris partis vocalium eligeretur, cujus officium ad sexennium tantum durare deberet, ita ut finito sexennio, iterum eligi, aut confirmari, nisi lapsa altero sexennio, minime posset: Duo item Consiliarii, & duo Visitatores in eodem loco, ac eisdem modo, & forma eligerentur, quorum Consiliarium, & Visitatorum, nec non etiam singulorum Priorum officium ad triennium tantum duraret, & finito dicto triennio, ad idem officium nemo posset iterum eligi, vel in eo confirmari, nisi alterum triennium intercederet. Præterea, quod Confratres hujus Congregationis Sacerdotes, aut in sacris ordinibus constituti esse non possent, nec ad hujusmodi sacros ordines promoveri valerent, sed juxta primævum eorum institutum in simplicitate pauperibus infirmis, ut præfertur, inservire deberent, etiam statuit, & ordinavit.

§. 2. Et subinde pro parte Confratrum ejus Congregationis Nobis exposito, quod omnes Domus regulares Congregationis prædictæ magna incommoda, & damna patiebantur, ex eo quod Confratribus prædictis ascensus ad sacros ordines, ut præfertur, interdictus esset.

§. 3. Nos supplicationibus eorumdem Confratrum Nobis humiliter porrectis inclinatis, per similes nostras sub die prima Julii 1609. expeditas literas, quod in qualibet Domo dictæ Congregationis unus Confrater dumtaxat arbitrio tunc pro tempore existentis ejusdem Congregationis apud nos, & Apostolicam Sedem Protectoris ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines a suo Ordinario, vel de ejus licentia a quocumque maluisset catholico antistite gratiam, & communionem prædictæ Sedis habente ad titulum Hospitalitatis hujusmodi promoveri, & promotus in illis etiam in altaris ministerio ministrare, dummodo tamen, prævio diligenti examine, ad hoc idoneus repertus foret, neque aliud ei obstatet canonicum impedimentum, & ante sex annos saltem Congregationis hujusmodi regulam professus fuisset, libere, & licite vale-

Alique statuit, prohibens, quominus Confratres ad sacros Ordines promoverentur.

Confratres ad Paulum PP. V. super ultimo decreto recursum habuerunt.

Qui unum ex eis sacris initiari posse concessit. Vide Constit. 131. Incc. Tom. 5. Par. 3. p. 203.

leret,

Et modo eam dem Congregat. Italiae in Religione æque sub tribus votis substantialibus, & quarto de juvenandis infirmis sub Regula S. Augustini, & jurisdictione Ordinariarum.

leret, apostolica auctoritate licentiam concessimus, & indulimus, utque sic promotionem nullum officium, munus, aut administrationem in dicta Congregatione gerere, aut exercere possent, sed Missis celebrandis, aut Sacramentis ministrandis tantummodo vacare deberent, & si eorum aliquem, suis ita exigentibus demeritis, dictæ Congregationis habitu postea privari contigisset, ipso facto, & absque ulla declaratione ab ordinem hujusmodi exercitio statim suspensus esset, & esse censeretur, eadem auctoritate statuimus, & aliàs prout in dicti Clementis Prædecessoris, & nostris literis prædictis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 4. Cum autem, sicut dilecti filii Frater Major, ac Consiliarii, Provinciale, & Prior ejusdem Congregationis Italiae Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro feliciore ejusdem Congregationis statu, atque directione, ac etiam ut Congregatio ipsa majoribus in dies ad divini numinis laudem, & gloriam, pauperumque infirmorum solamen, atque subsidium proficiat incrementis, ad emissionem trium votorum substantialium religionis, ultra quartum de juvenandis infirmis hujusmodi per Nos admitti, & ut infra sibi indulgeri, ac aliàs statui, & ordinari summopere desideraret: Nos, qui similia opera pia, & meritoria Deo accepta ministerio nostri pastoralis officii libenter promovemus, piis Fratris Majoris, ac Consiliarium, Provinciale, & Patrum prædictorum votis benigne annuere, illisque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium sacri Concilii Tridentini Interpretum, quibus hujusmodi negotium diligenter examinandum, & Nobis referendum commissimus, consilio, & Nobis attributa potestatis plenitudine, præsentium tenores, perpetuo statuimus, & ordinamus, ut quotquot imposterum ipsam Congregationem Italiae nuncupatam ingredi voluerint, anno probationis expleto, ac aliàs juxta sacrorum Canonum, & Decretorum ejusdem Concilii Tridentini præscriptum tria vota substantialia, Obedientiæ, Castitatis, & Paupertatis, ac præterea quartum de juvenandis infirmis in suorum Superiorum manibus solemniter emittere, vel a Congregatione prædicta eiici debeant: qui vero in eadem Congregatione ad præsens repertiuntur, ad vota, ut præfertur, emittenda minime cogi possint, sed sit in cujusque optione, aut vota hujusmodi emittere, aut cum priori voto de infirmis juvenandis in dicta Congregatione perseverare, hujusmodi

autem personas, quæ elapso probationis anno quatuor vota prædicta solemniter emisserint, vere, ac proprie religiosos, ac proprios, & veros regulares esse, ac pro talibus ab universis Christi fidelibus habendos, & recipiendos, illamque veram, & propriam sub Regula S. Augustini Religionem esse, ac inter reliquas Ecclesiæ Catholicæ Religiones sine cujusque præjudicio esse connumerandam, eamque, ac ejus tam in Italia, quam sub jurisdictione Fratris Majoris prædictæ Congregationis in Germania, Gallia, & Polonia erecta, & de cætero erigenda Hospitalia, quæ sub eadem Congregatione Italiae comprehenduntur, jurisdictioni Ordinariarum perpetuo subesse debere, salva tamen illius apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris juxta illius facultates, ac Fratris Majoris pro tempore existentium auctoritate, & jurisdictione.

§. 5. Præterea, quod Consiliarium prædictorum, tam in Capitulo generali ultimo celebrato electorum, quam de cætero eligendorum officium ad sexennium duret, & finito sexennio hujusmodi ad idem officium nemo possit iterum eligi, vel in eo confirmari, nisi alterum sexennium intercedat, salvis aliàs, & illæis remanentibus in omnibus, & per omnia tam Clementis Prædecessoris, quam nostris literis prædictis.

§. 6. Præsentibus vero literis, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de nullitatis vitio notari, impugnari, aut in jus, vel controversiam revocari posse, sed semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum, Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

§. 7. Non obstantibus institutionibus Hospitalium, & locorum hujusmodi, necnon Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 13. Februarii 1617., Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

F f Ere-

Consiliarii officium ad sexennium durare statuit.

Clausulas præservatas, & decretum irritans apponit.

Contrariisque derogat.

Dat. die 13. Februarii 1617. An. XII.

Erectio Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum ad Pauperes Scholares pie, & absque ullo premio docendos, & erudiendos.

Hoc opus erudiendi, & docendi pauperes Scholares demandaverat hic idem Paulus Congregationi Clericorum Sæcularium B. Mariae sup. in Constit. CCXXV. fol. 137.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Ad ea, per quæ Christiani fideles piis moribus, & doctrina mature imbuantur, sollicita consideratione dirigentes intuitum, ea, quæ proinde interdum facta sunt, iustis ita suadentibus causis immutamus, ac aliâs, ut piâs, & maxime laudabile opus pauperes erudiendi, & instituenti huiusmodi in dies magis ad Dei gloriam promoveatur, officii nostri partes favorabiliter interponimus, prout personarum, & temporum qualitatibus pensatis conspicimus salubriter in Domino expedire.

Hic Pontifex regimen scholarum Piarum in Urbe erectarum, & erigendarum delegavit Clericorum Sæcularium B. Mariae in Constit. in Rubr. j.

§. 1. Aliâs siquidem cum accepissimus, quod opus Scholarum Piarum a Nobis in Urbe nostra ad pauperes erudiendi, & instituendos erectarum, uberes fructus ferebat. Nos felici ejusdem operis progressui consultum esse cupientes, curam, regimen, & administrationem dictarum in Urbe erectarum, & aliarum Piarum Scholarum pro tempore erigen. dilectis filiis Præposito Generali, & Clericis Sæcularibus Congregationis Beate Mariae cum certis tunc expressis conventionibus inter eos, & dilectum etiam Filium Præfectum Scholarum huiusmodi, de consensu Venerabilis Fratris nostri Benedicti Episcopi Prænestin. Cardinalis Justiniani nuncupati, earundem Scholarum Protectoris initis, commissimus, & demandavimus, & aliâs prout in nostris desuper in simili forma Brevis sub die quarta Januarii 1614. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis haberi volumus, plenius continetur.

Hic Sæcularibus curis se abdicare nolentibus, Paulus præcedentes literas irritas.

§. 2. Cum autem, sicut accepimus Clerici Sæculares præfati bonorum stabilium possessione se abdicari nolint, propterea quod aliis muneribus, & exercitiis juxta regularia ejusdem Congregationis instituta, apostolica auctoritate confirmata, ne vacent, impediri se sentiant, & huiusmodi exercitiis potius operam dare, quam prædictas scholas regere malint, Nos, ne tam piâs, ac præsertim pauperum liberorum christiane educationi, & eruditioni proficuum opus aliquod propterea detrimentum patiat, quantum cum Domino possumus, providere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, literas nostras prædictas, omniaque, & singula in illis contenta, apostolica auctoritate, tenore præsentium, revocamus, cassamus, & annullamus, ac revocatas, cassatas, & annullatas, nulliusque roboris, vel momenti esse, & fore decernimus, & declaramus.

§. 3. Præterea in domo earundem Scholarum Urbis prædictæ unam Congregationem Scholarum Piarum ab uno Præfecto regendam, & gubernandam, quæ de cetero perpetuis futuris temporibus Paulina Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupari, nec ultra viginti ab Urbe miliaria extendi, neque ullum locum, in quo Scholæ Piæ non sint, domibus Novitiorum exceptis, habere, & qui eidem Congregationi nomen dare voluerint, finitis duobus probationis annis, omnes tam ad sacros etiam Presbyteratus ordines promori, & clericali charactere dumtaxat insigniti, quam fratres operarii tria simplicia vota Paupertatis videlicet, ac Castitatis, & Obedientie, super quibus a nemine, præterquam a Romano Pontifice pro tempore existente dispensari possint, emittere, ac gratis, & nullo stipendio, mercede salario, aut honorario accipien. pueros in primis elementis, grammatica, computo, ac præcipue in fidei catholice rudimentis erudiendos, bonis, & piis moribus imbuendos, ac demum Christiano more educandos operari, laborem, ac studium conferre debeant, sine alicujus præjudicio de novo erigimus, & instituimus, ita videlicet, quod qui simplex paupertatis votum, ut præfertur, emisserint, quandiu in prædicta Congregatione permanerint, cuiuscumque domini, juris, & proprietatis incapaces sint, idemque paupertatis votum summam in iis paupertatem inducat tam in particulari, quam in communi, itaut nihil omnino juris habeant, sed nec habere, aut acquirere quovis titulo possint in bonis, seu ad bona, quæ vocantur immobilia, vel quæ pro immobilibus habentur: huic vero paupertati omnia ad eorum usum pertinentia, cibos, vestes, suppellectilem tam sacram, quam prophanam statui, & instituto convenientia, domos vero, hortos contiguos domibus, Ecclesiis, Sacristiis, Oratoriis, ac Scholis, & huiusmodi immobilia, quæ pariter usui eorum destinantur, similiter convenientia, ut præfertur, & præterea in dominio Romani Pontificis pro tempore existentis: mobilia vero in dominio ipsorum, in communi tamen esse debere similiter decernimus, & declaramus; Dictarum vero in Urbe, & extra eam infra viginti miliaria erectarum, & pro tempore erigendarum Piarum Scholarum, & Congregationis prædictæ sic erectæ Præfecturam, curam, regimen, & administrationem dilecto filio Josepho Calasancio, Scholarum prædictarum nunc Præfecto ad nostrum beneplacitum committimus, & demandamus, ita quod liceat Josepho, & Congregationi huiusmodi, earundem, & aliarum Scholarum huiusmodi, simul atque erectæ fuerint, bonorum corporalem, realem, & actualem possessionem præsentium vigore capere, & apprehendere, & illa in Scholarum præ-

Congregationemque specialem, Pauperum Matris Dei nuncupandi, & ab uno Præfecto regendi, ut hic & non ultra 20. miliaria ab Urbe voluit extendi.

prædictarum beneficium possidere. Insuper duodecim ejusdem Congregationis Clericis, qui votum paupertatis, ut præfertur, emisserint, ut arbitrio nunc, & pro tempore existentis apud Nos, & Sedem Apostolicam earundem Scholarum Protectoris ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines a quocumque maluerint Catholico Antifite gratiam, & communionem ejusdem Sedis habente ad titulum paupertatis huiusmodi promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, dummodo tamen ad hoc idonei reperti fuerint, neque aliud illis canonicum obstet impedimentum, ita tamen, quod si ex dicta Congregatione exire, sive emitti contigerit, tandiu suspensi ab executione Ordinum susceptorum remaneant, quamdiu in redditibus tantum habuerint, quantum ad congruum eorum sustentationem sufficiat.

Eidem Congregationi facultate tribuitur Constitutio pro ejus regimine, condecernendi, & emendandi.

§. 4. Insuper Josepho, & Congregationi huiusmodi de consensu dicti Benedicti Episcopi, & Cardinalis, ac pro tempore existentis Protectoris, ut pro felici Congregationis prædictæ, illiusque domorum, & Scholarum regimine quæcumque statuta, capitula, ordines, & decreta necessaria, & opportuna, licita tamen, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non contraria per Apostolicam Sedem approbata, & confirmata facere, & edere, illaque pro tempore, prout eis videbitur, & expediens fuerit, prævia simili approbatione, & confirmatione mutare, alterare, corrigere, & in melius reformare, libere, & licite valeant auctoritate, & tenore paribus concedimus, & indulgemus.

Decretum, quod hec Bulla perpetuo duret.

§. 5. Decernentes præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Præfecto, ejusque sociis prædictis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

Decretum irritans contrarium.

§. 6. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Detrogatio obstantium.

§. 7. Non obstantibus literis nostris prædictis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 6. Martii 1617. An. XII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die sexta Martii 1617. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

Quod Fratres Minores Conventuales Ordinis Sancti Francisci semel in mense, prima die non impedita alio festo novem Lectionum, Officium de ipso Sancto Francisco, prout recitatur in die festo ejusdem, recitare possint, & valeant.

Franciscum Sanctorum Catalogo adscripsit Gregor. X. in sua Constitut. XII. Mira. Tom. III. fol. 256. Ejusque festum sub ritu duplici servari jussit postea Sixt. IV. in Constitut. IV. Præclara. Tom. III. Par. III. fol. 134.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Domini Nostri Jesu Christi, qui Concessio de qua in Rubr.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Frater Bonaventura a Carpanzano Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Conventualium a Sancto Francisco ad decorem, & utilitatem domus Dei universa fundati, Nobis nuper exponi fecit, Fratres dicti Ordinis pro singulari quem erga dictum S. Franciscum ejusdem Ordinis, ut præfertur, Fundatorem, gerunt devotionis affectu, Officium de eodem Sancto Francisco, ut infra, recitare posse summopere desiderent;

§. 2. Nos piis eorumdem Fratrum desideriis in præmissis benigne annuere, illisque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dicti Bonaventuræ Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum consilio, eisdem Fratribus Minoribus Conventualibus, ut Officium de eodem Sancto Francisco, semel in mense, prima die non impedita alio festo novem lectionum, prout ab ipsis recitatur in die festo ejusdem, Sancti Francisci, recitare libere, & licite possint, & valeant, apostolica auctoritate, tenore præsentium licentiam, & facultatem perpetuo concedimus, & impertimur.

1617.

Contrariis derogatio.

Dat. die 20. Martii 1617. An. XII.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die vigesima Martii 1617. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CCLXX.

Confirmatio Constitutionum Religionis Fratrum Joannis Dei Ordinis Sancti Augustini.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

EA, quae pro Congregationum in Ecclesia Dei, ad illius laudem, & gloriam, pauperumque solamen, atque subsidium provide, sanctaeque institutarum felici directione, ac gubernio ab eorum Superioribus in Capitulis generalibus facta, & ordinata fuisse dicuntur, ut firma, & illibata persistant, libenter, cum a Nobis petitur, Apostolica confirmationis robore communitimus, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

Isti Fratres considerant nonnullas Constit. pro Congreg. regimine in Capitulo generali.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Frater Major, & Consiliarii Congregationis Joannis Dei Italiae, quod in Capitulo generali ejusdem Congregationis in illius Hospitali Sancti Joannis Galabiae de Urbe novissime celebrato, quaedam Constitutiones, seu Statuta, pro sperum ipsius Congregationis statum, ac regimen concernentia, edita, & facta fuerunt.

Quas supplicavit Pont. ut confirmaretur.

§.2. Quae pro majori eorum firmitate, & observantia Apostolica confirmationis robore communiti plurimum desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut super praemissis opportune providere de benignitate apostolica digaremur.

Qui modo est approbat, & confirmat.

§.3. Nos igitur Fratrem Majorem, ac Consiliarios praedictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Constitutiones, seu Statuta hujusmodi, dummodo sint in usu, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, nostrisque, & Rom. Pont. Praedecessorum Constitutionibus, regularibusque dictae Congregationis institutis non adversentur, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint, apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo approbamus, & con-

firmamus, illisque inviolabilis, & apostolica firmitatis robur adjicimus.

§.4. Ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.5. Ac Constitutiones, seu statuta hujusmodi in eadem Congregatione perpetuo observari.

§.6. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§.7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die decima quinta Aprilis 1617. Pontificatus nostri Anno XII.

CCLXXI.

Confirmatio quorundam Statutorum Universitatis Studii generalis Viennensis.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

IN supereminenti Apostolicae Sedis specula, meritis licet imparibus disponente Domino, constituti, & attente considerantes quantum a literarum studii catholicae fides augetur, divini Numinis cultus potentatur, veritas agnoscatur, & iustitia colatur, ad ea per quae studia hujusmodi felicia in dies suscipiant incrementa, sedulo intendimus, ac officii nostri partes favorabiliter interponimus, prout pia Catholicorum Principum vota id exposcunt, ac alias conspiciamus salubriter in Domino expedire.

§.1. Sane Charissimi in Christo filii nostri Matthiae Romanorum Regis in Imperatorem electi nomine Nobis nuper expositum fuit, quod cum pro felici studiorum Philosophiae in Gymnasio Universitatis studii generalis Viennensis, directione praeter Theologiam, Philosophiam etiam in eodem Gymnasio per Presbyteros Societatis Jesu de cetero doceri debeat, Religiosi Societatis praedictae docere debeant Philosophiam, & idcirco abstinere ab ea docenda in suis scholis. Et licet olim plures ex dicta Societate, quam duo Professores Theologici ad facultates Universitatis non admitterentur, nihilominus praeter duos Religiosos Theologiae professores, qui Philosophiam docturi sunt, tres ex iisdem Religiosis ad facultatem Philosophicam tandem, quam lecturi sunt, & non amplius admittentur, ita ut semper quinque de Societate praedicta, & non plures, nec pauciores Universitatis membra censeantur; assignabunturque in perpetuum praedictis Religiosis tres professorura, in Philosophia nempe, Logica, sive

Suppletque defectus.

Ac eas servari mandari in Congreg.

Ita, & non aliter, iudicari decernit.

Contraria tollit.

Dat. die 15. Aprilis 1617. An. XII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Exordium.

Matthias Imperator refert Statuta edita pro PP. Societatis lectionis Philosophiam in Universitate Viennensi.

organum Aristotelis, & Philosophia primaria: & hoc quidem ita, ut logicus absoluta Logica ad Philosophiam, & Metaphysicam transeat: tum alius, qui Logicam incipiat, succedat: & sic semper tres Professores Philosophiae ex Religiosis, & tres cursus simul in Universitate ab ipsis edoceantur eo modo, quo haec in ipsorum Collegio docere consueverunt. Ut autem haec successio ita commode continuari possit, Professor Logicae, & quatuor libros primos Physicorum intra biennium pro baccalaureandis; Philosophi vero reliquos quatuor libros Physicorum, libros de generatione, & corruptione, de Coelo, Meteora, libros de anima Metaphysicam intra idem tempus pro magistrandis absolvent. Quique de Societate Philosophiam in Universitate profitebantur se in omnibus Statutis Universitatis, & facultatis conformes reddent, eruntque promoti Magistri, & actum repetitionis, per quem, & non secus ad facultatem admittentur, infalibiter observabunt. Quia vero Religiosi in Universitate docturi perpetui a Consiliis facultatis non erunt, ne subinde succedentes Religiosi Professores de Societate semper ultimum locum in facultate obtinere cogantur; assignabitur illis locus post Decanum, & seniores facultatis, isque perpetuus. Et quamvis alii Magistri ad Consilia petentes facultati duos florenos, & quatuor solidos numerare debeant, & promoti Magistri non admittantur, nisi biennio post promotionem expleto, utrumque tamen Religiosis remittitur cum hoc, ut statim post actum repetitionis facultatis membra censeantur, ita tamen, ut nullis oneribus, & officiis facultatis, & Consistorii graventur, sed solum publicis Universitatis actibus, & processibus interesse debeant, quibus alii Professores Universitatis intersunt, & ad examina ordinandorum. Praeterea cum facultates Philosophiae antiquissima statuta velint, ut Baccalaureandi, & Magistrandi ad examen admittantur coram facultate testimonia inscriptionis, item auditorum lectionum a Professoribus ordinariis, & vitae honeste transactae producant, alia tamen ratio cum Alumnis, & Convictoribus apud Religiosos Societatis Jesu habeatur: nam Religiosorum praedictorum testimonia pro promotione obtinere sufficient. Quapropter cum Alumnis, & Convictoribus ad Baccalaureatus, & Magisterii gradus aspiraverint, Religiosi Philosophiam profertentes audire tenebuntur, ceteri autem Religiosorum discipuli, & Pedagogi, qui extra Convictum, & Alumnatum censentur, praedictos gradus assequi in Universitate non poterunt, nisi binis quoque aliorum Professorum lectionibus ingeniosissime operam navarint. Circa subiectionem vero Scholasticorum Societatis Jesu idem servari debet, quod Ingolstadtii servatur, ita ut Rectori Universitatis subjectio in iisdem casibus, & eadem ratione remaneat, quam habet Rector Universitatis Ingolstadtii. Cumque olim statutum fuerit, ut Baccalaurei

singulis septenniis; Magistri vero singulis mensibus unam disputationem ex ordine habere debeant, id tamquam utilissimum exercitium deinceps merito servabitur: verum ita, ut Baccalaureorum disputationes, quae haec diebus Dominicis a prandio habitae sunt, ne Religiosi, & eorum Alumni, ac Convictores in vespertinis officiis impediatur, in diem sabbathi transferri debeant, in qua duas disputationes, unam ante prandium hora septima usque ad nonam: alteram post prandium a media prima usque ad tertiam instituent. Verum repetitiones, & disputationes Magistrorum observabuntur, ut olim in praedicto, & aliis Universitatis statutis sancitum est. Et quia pro examine Baccalaureandorum facultas artificia haec vigore suorum statutorum quatuor Magistros de gremio suo eligere consuevit, etiam posthaec, sed ita, servabitur, ut semper unus ex Religiosis, qui publice proficetur, eligatur, quod idem apud Cancellarium Universitatis, qui Examinatores ex facultatis suppositis pro magistrandis eligere consuevit, servandum erit: & cum ad gradum Magisterii haec facultas 21. annos requisiverit, prout Juramentum licentiautorum habet, hoc ne Juvenes in aliarum facultatum studiis impediatur, ad 18. annum restringetur; Taxa etiam in reformatione facultati ex examinatorebus ratione graduum, & examinis promissa, Alumnis, & aliis pauperibus omnino remittetur. Ut autem studiosi, & praecipue, qui ad gradus aspirant ad exactiorem solertiam in frequentandis, & audiendis lectionibus stimulentur, quamprimum quis studiosorum, vel Baccalaureorum lectiones pro gradu aliquo consequens, audire cupiet, nomen suum professoribus dabit, & singulis angariis testimonia diligentiae suae ab iisdem petet, eadem postea suo tempore coram inclita facultate producatur. Omnes studiosi Religiosorum, qui id petierint, ad dispositionem, & inscriptionem admitti debebunt, prout, & haec admitti sunt: verum Clerici clericali habitu, ut Alumni incedentes, sine dispositione Universitatis alio inferendi erunt. Collegium praeterea Religiosorum Societatis Jesu in posterum liberales artes usque ad Rhetoricam inclusive solum leget, quod Universitati eatenus tantum incorporatum, & unitum censetur, & habeatur, ut omnes studiosi, qui in eodem humaniora studia absolvent, si a Religiosis Professoribus in Collegio Societatis sufficientia testimonia facultati exhibuerint, habeantur tamquam si eadem ipsa in Universitate audivissent; Religiosi vero postquam unum ex suis Religiosis ad docendum in Universitate applicaverint, removere illum non debebunt, nisi prius monito Rectore Universitatis.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Matthias Rex in Imperatorem electus plurimum cupiat, praemissas Ordinationes, & statuta, seu Constitutiones omnes, pro inviolabili eorum observatione apostolicae nostrae confirmationis

Eadem Statuta confirmari peti.

Confirmat
Paulus.

nis robore communiti; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ejusdem Matthiae Regis in Imperatorem electi votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Ordinationes, & statuta, seu Constitutiones hujusmodi apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis perpetuae, & inviolabilis apostolica firmitatis robur adicimus.

Clausula.

§. 4. Decernentes praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque de nullitatis vitio notari, seu impugnari nullatenus unquam posse, sed illa semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia esse, & fore, suisque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab Universitate praedicta, & Religiosis dictae Societatis Jesu ejusdem Universitatis pro tempore existentibus Rectoribus, Magistris, Doctoribus, Scholasticis, Officialibus, omnibusque aliis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari debere, & ad id censuris ecclesiasticis, & aliis opportunis juris, & facti remediis cogi, & compelli posse, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
Contrariis.

§. 5. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non praedictae Universitatis etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus proplene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Date die 29.
Aprilis 1617.
An. XII.

Datum Romae apud Sanctam Mariam. Majorem sub Annulo Piscatoris die 29. Aprilis 1617. Pontificatus Nostri Anno XII.

Confirmatio Erektionis Accademiae, & Collegiate Ecclesiae in Oppido de Novozamoyiskio Chelmen. Diocesis.

Ex Regest. in
Secret. Brevis.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Procurium.

S Acri Apostolatus ministerio, meritis licet imparibus, divina dispositione praesidentes, ea, quae pro Catholicarum, & Collegiarum Ecclesiarum, ac bonarum artium, disciplinarum, & scientiarum propagatione, personarum quoque in his studium, industriam, & operam navantium congrua sustentatione, onerumque illis incumbentium supportatione, nec non orthodoxae fidei conservatione cum divini cultus incremento per viros generis nobilitate pollentes, & de fide catholica optime meritos provide facta, & ordinata fuisse dicuntur, ut firma, & illibata perpetuo subsistant, libenter, cum a Nobis petitur, apostolica praesidio communitimus, ac desuper pastoralis officii nostri partes favorabiliter interponimus, prout locorum, temporum, & personarum ratio postulat, & Nos conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Joannes Zamoyiski Accademiam in Oppido novo Zamoyiski.

§. 1. Sane dilectus filius Nobilis Vir Thomas Zamoyiski Dominus in temporalibus Oppidi de Novozamoyiskio Chelmen. Diocesis, Nobis nuper exponi fecit, quod quondam Joannes etiam Zamoyiski ejus genitor, & Regni Poloniae, dum vixit, Supremus Cancellarius provide perpenderit, universae Reipublicae uberrimos, & multiplices fructus ex literarum studiis provenire, ac cupiens studia hujusmodi in ejus patrio solo vigere, nec non pro amplissimis gratiarum donis, & muneribus sibi ab Omnipotenti Deo bonorum omnium largitore benigne collatis in devoti, & grati erga illum animi testimonium divinae suae Majestati debita laudum praemia, & salutaris hostiae sacrificia jugiter offerri, & persolvi: habita desuper cum tunc existente Episcopo Chelmen. loci Ordinario consultatione, & matura deliberatione, ac de illius licentia, & assensu, omni meliori modo, & forma, quibus potuit, & quantum in se fuit, ad ipsius Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac salutiferam Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi memoriam, & Sancti Thomae Apostoli ejusdem Resurrectionis praclaris Testis honorem, dictique Oppidi decorem, & ornatum, in eodem Oppido unam Accademiam publicam pro illius, ac aliorum Oppidorum, & locorum tam temporali suo dominio subditorum, quam aliorum quorumcumque in pietate, morumque probitate, ac doctrina christiana, & literis humanioribus tam graecis, quam latinis, nec non Grammaticae, Rethoricae, Dialecticae, Logicae, Philosophiae naturalis, & moralis, Physicae, Metaphysicae, utriusque juris prudentiae, Theologiae, ceterisque artibus, disciplinis, scientiis, & facultatibus licitis eru-

Et Collegiatam Ecclesiam an eregit.

erudienda, imbuenda, & instruenda: Unam quoque Collegiatam Ecclesiam cum Capitulo, Decano, Custode, Scholastico, ac certo Canonicorum, Vicariorum, & Ministrorum numero, qui eidem Ecclesiae in divinis laudabiliter inservirent, fundavit, & instituit, ac sumptuosius, & magnificis aedificiis, structuris, Cathedris, Scholis, suppellectilibus sacris, & prophanis, aliisque rebus ad Accademiam, & Collegiatam Ecclesiam hujusmodi respective usus necessariis luculenter instruxit, & ornavit, congruisque redditibus annuis, & perpetuis ad ipsum Joannem tunc legitime spectantibus dotavit, nec non super prospero, & felici statu, directione, progressu, & stabilitate tam Accademiae, quam Collegiate Ecclesiae hujusmodi, illarumque respective Rectoris, Lectorum, Professorum, Magistrorum, Receptorum, Scholarium, Decani, Custodis, Scholastici, Canonicorum, Vicariorum, Officialium, & Ministrorum, qualitatibus, oneribus, obligationibus, functionibus, mercedibus, salariis, ceterisque rebus in praemissis, & circa ea necessariis, & opportunis plurima statuta, Constitutiones, Ordinationes, & decreta condidit, & praescripsit.

Namnullaque pro utriusque regimine Statuta condidit.

Thomas ejus filius praedicta omnia petere confirmavit.

Rara habet Paulus Pontifex.

§. 2. Quare dictus Thomas Nobis humiliter supplicari fecit, quatenus fundationi, institutioni, dotationi, aliisque praedictis pro illorum firmitate subsistentia, & observantia nostrae confirmationis robur adicere, ac alia infra scripta concedere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur, qui fidelium quomodolibet votis praesertim, divinum cultum, & publicam utilitatem, & commoditatem concernentibus libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, praedictumque Thomam a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis ajure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, nec non redditum, & bonorum per dictum Joannem pro fundatione, institutione, & dotatione praedictis donatorum, & assignatorum qualitates, & quantitates praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eadem fundationem, institutionem, & ordinationem, ac prout illas concernunt, omnia, & singula, licita tamen, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non contraria, apostolica auctoritate, tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque perpetuae, & inviolabilis apostolicae firmitatis robur adicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti, ac quarumcumque solemnitatum, etiam substantialium defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplemus, illaque omnia, & singula perpetuo valida, & efficacia esse, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus fortiri, ac ab omnibus, ad quos spectat,

& pro tempore spectabit, observari; Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, dictaque Sedis Nuncios, & locorum Ordinarios judicari, & definiri debere, decernimus.

Et Accademiae, Collegiateque Ecclesiae Privilegia concedit.

§. 4. Insuper Accademiae, & Collegiate Ecclesiae praedictae, earumque respective Rectori, Cancellario, Professoribus, Lectoribus, Praeceptoribus, Magistris, Scholaribus, Capitulo, Decano, Custodi, Scholastico, Canonicis, Vicariis, Ministris, Officialibus, & personis nunc, & pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, praerogativis, honoribus, praerogativis, indultis, facultatibus, & gratiis, quibus aliae similes Accademiae, & Collegiate Ecclesiae in dicto Regno, & ubicumque locorum instituta, ac illarum Rectores, Cancellarii, Professores, Lectores, Magistri, Praeceptores, Scholares, Capitula, Decani, Custodes, Scholastici, Canonici, Vicarii, Ministri, Officiales, & persona de jure, usu, consuetudine, ac aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, ac aequo principaliter uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, apostolica auctoritate, & tenore praedictis perpetuo concedimus, & indulgemus.

Commissarios delegat.

§. 5. Quo circa Venerabilibus Fratribus Gnesnen. & Leopoliens. Archiepiscopis, & Episcopo Praemisliens. per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta, quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte ipsius Thomae, nec non, Rectoris, Cancellarii, Professorum, Lectorum, Praeceptorum, Magistrorum, Scholarium, Capituli, Decani, Custodis, Scholastici, Canonicorum, Vicariorum, Ministrorum, Officialium, & personarum hujusmodi, nunc, & pro tempore existentium, fuerint requisiti, solemniter publicantes, nec non Thomae, & aliis praedictis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra Thomam, & alios praedictos praemissorum omnium, & singulorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere; Non permittentes illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compeccendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii secularis.

Obstantia tollit.

§. 6. Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium in iudicium non trahatur, ac aliis quibusvis Apostolicis, nec non in Synodalibus, Provincialibus, & Universalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Con-